



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de
Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XIX. de Idiomate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

13. Parochialis Ecclesia quæ dicatur, & quæ beneficia curata.
 14. Regula hæc locum obtinet etiam in Ordinario secundum aliquos.
 15. In Gallia nec Ordinarius, nec legatus possunt alienigenis conferre.
 16. An dispositio hujus reg. cesset cum

- Papa alicui providet ex certa scientia & proprio motu.
 17. Consilium Trid. tollit expectativam
 18. Cessat dispositio hujus reg. quando Papa dispensat.
 19. Clausula in dispensatione adjecta.

ARGVMENTA IN REG. XIX. INNOCENT VIII.
 ET PAULI V.

DE IDIOMATE.

Item voluit quod si contingat ipsū alicui personæ de Parochiali Ecclesia providere, seu mandare provideri, vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loquatur idioma loci ubi Ecclesia hujusmodi consistit, provisio seu mandatum & Gratia de super quoad Parochialem Ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A Nista Regula dicitur, quod si Papa concedit alicui gratiam expectativam, vel providet sibi de Parochiali Ecclesia, & ipse non intelligat idioma loci ubi Ecclesia Parochialis existit, quod provisio & gratia expectativa sit nulla, quoad Parochialem. Ista Regula facit contra vulgares, dicentes quod unumquodq; regnum habet hanc prerogativam, quod nullus ibi potest habere gratiam expectativam, nec beneficium sine legitimatione Regis: quia hoc est non verum: nam si sciat loqui idioma intelligibiliter, & intelligat, satis est. Ex quo inferatur, quod in regno Hispania, sive Castella, possunt habere sine licentia Regis confessoria, & Aragonenses, & Catalani, Portugallenses, & etiam Fanuenses, si intelligant idioma & sciant loqui, etiam possunt habere Parochiales, quia de aliis non est dubium pro hac Regula. Papa tamen Sixtus dedit unam bullam motu proprio Regi Hispania, quod in regno suo nullus forensis posset tenere beneficium sine ejus consensu, & cassat omnes expectativas & impetrationes &c. & nunc est presentata in una Causa Canonice Teletani tertia instantia, sed fortè illa Bulla non nocet Domino Episcopo Vintomihensi & Alori Dario moderno: tum quia illa Bulla non fuit deducta in usum, imò fuit in abusum, & sic per se perita, per nor. in c. suggestum de deci. & in cap. accessissent de Condit. cum

nam, quia illa Ecclesia Tolerana, & Civitas non est de regno Castella, propriè sumptu
 vobulo, unde Rex vocatur Castella & Legionis, & Toleti, nam est regnum de per se, ergo
 separatorum separata debet esse ratio &c. faciat ad hoc l. si eadem ff. de assell. Item quia
 quando aliquod privilegium datur absenti, si non apparet quod habeat gratum, non valet privi-
 legium arg. c. si tibi absenti de prab. lib. 6. & c. 1. de concess. prab. eo. lib. sed de
 hoc non apparet, ergo &c.

Item ponderandum arbitror verbum per ipsum &c. Ex quo sequitur, quod si ordi-
 narius provideret alicui de parochiali ecclesia qui non intelligit idioma &c. quod
 bene valeret provisio, quia ista reg. est pœnalis, ex quo annullat ut dicit gl. in c. de
 do. immu. Eccl. lib. 6. ergo non debet extendi sed restringi regula in pœnis, & regu-
 latio. de reg. jur. lib. 6. & idem de provisione facta per Legatum sicut de Papa
 dicitur, per rationem supra dictam, & ratio diversitatis est, quia Ordinarius meli-
 us cognoscit personas quibus providet de diœcesi sua quam Papa, ut dicit gl. in Cle. iii. de
 off. ord. ergo &c. & per hoc forte dici posset quod ista reg. non haberet locum, quando Papa
 providet de parochiali Ecclesia contra hanc reg. ex certa scientia vel motu proprio: quia tunc
 nullus l. ratio. Sed verbum concedere, & verbum providere hic positum, videtur facere
 in oppositum: tamen pro procedenti dicto faceret l. 1. c. de pen. bo. sub. lib. lib. x. nescio ta-
 men quid servaretur in palatio.

Item nunc pendet una questio in Rota, & citò sententiabitur Deo dante, de qua sum inter-
 rogatus. Papa dedit expectativam cuidam Alemanno, etiam quoad parochialem in Francia, vel
 alio, & derogat huic reg. sed non regula penultima de expectativis, qua quoad expectativas
 dicitur quod ista, an videatur derogare utriq;? & ego dixi quod sic, sed quia pendet nunc
 in Rota, non decido: credo tamen quod non valet illa derogatio: quia sublata una servitute ubi
 sunt due, remanet alia, sufficiat c. extuarum de auth. & ulu pal. & sic fuit pridè sen-
 tentiam in Rota.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

Nulla Regula) Hæc Regula producta est per GREGORIUM XIII.
 Alios successores ad hæc usque tempora, ad quodlibet beneficium ha-
 bentium curam animarum Parochianorum: vide, post vocem de paro-
 chiali Ecclesia subjecerunt vel quovis alio beneficio exercitium curæ animarum Pa-
 rochianorum quomodolibet habente providere, &c. Ut nimirum includantur
 omnia beneficia curam animarum habentia, qualia sunt succursus, qui licet
 non sint curata beneficia, sed simplicia, ut per Panor. & alios docet Rebuff. in addit.
 ad hanc reg. Cancell. 55. in fi. sub dispositione tamen hujus additionis cōprehēdenti
 quomodolibet etiā Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus, Nam appella-
 tione

latione beneficii in materia favorabili qualis est hæc, (cum sit juri & ratione-
sona) veniunt illæ dignitates per glo. in Clem. unic. de Causa poss. & proprias. ubi de
benef. p. 1. q. 3. n. 6. Sed cum hodiè conferantur per Pontifices consistoriales
caussa cognita, censentur provisi tacitè ad illas dispensati l. 3. C. de Crim. sentent.
l. 5. C. de divers. rescript. gloss. in 6. statutum §. 1. verb. litterarum descript. in 6. Reg.
Consil. 44. vel 4. quod tamen rarissimum est: cum non soleant, aut inveniuntur
Pontifices alienigenis ejusmodi dignitates conferre text. in cap. bona in 6. de
nec etiam concedere mandata de providendo exteris, nisi intelligant & loquantur
qui idioma illius regionis in qua beneficia consistunt, ut notat Rebuff. in praxi
hanc reg. gl. 1. vers. Ideò non solet, & maximè quando ex Constitutione Ecclesie
provitus illius linguæ expertus esse non debet: ut accidit Enea Sylvio, qui de
Canonicatus repullam in Vangionibus passum scribit, quod Italus Germani
Vangionum Ecclesie Constitutione iis excluderetur sacerdotiis, *Enas Spon.*
Epist. 370. ad Decanum Wormatiensem. Chapinus de sacra Politia lib. 1. tit. 3. n. 17.

Vel providet sibi) Dubitant aliqui propter hoc verbum *providere* in regula
B pressum, an illa locum obtineat in Ecclesia Commendata, cum Commendata
visò dici nequeat, ut tradit Collectar. in c. si consiterit col. 2. de accusat. Verum
Gomelius, discussis in utramque partem argumentis, tandem concludit reg. hanc
habere locum in Commenda: quibus rationibus & argumentis, apud illum
deto q. 5. quem probat & sequitur post Rebuff. in praxi ad hanc reg. gl. 2. n. 2. *Gom.*
ad reg. 8. gl. 5. §. 8. n. 22. licet contrà extet decisio Simonet. 98. al. 59. & *Col-*
centii 13. de praben. Denique habet etiam locum in Vicario perpetuo, per *Mandol.*
questi q. 11. ut & in beneficiis electivis *Mandol. hic q. 2. in fi.* Denique in Mandatis
quoque Apostolicis de providendo, ut patet ex textu Regulæ, fatisque etiam
illius effectum si impetrans tempore vacationis intelligat idioma & ministrari
possit, seu habilis sit ad curam in generali mandato cadentem c. cui de prae-
etiam si tempore concessi ejusmodi mandati habilis non fuerit: quod secus
si mandatum vel gratia expectativa fuerit de certo corpore beneficii: quia
non satis est, ut sit habilis juxta hanc Reg. tempore vacantis curæ, sed requiritur
ut sit talis tempore concessi mandati vel gratiæ expectativæ ut rectè notat
Auctor Analyt. Comment. *hic in principio.*

C *De parochiali Ecclesia*) Parochialis Ecclesia quæ dicatur & quæ beneficia curat
& quomodo probentur talia vide *Gomel. q. 11. Mascard. tract. de probat. vol. 49.*
Mandol. q. 11. & 12. ex quibus plena manu ista desumes.

D *Bene valeret provisio*) Idem tenet *Mandol. quest. 3. num. 14. & seq.* hanc
tamen opinionem improbat *Gomel. ad hanc Regulam quest. 6.* & Auctor Analyt.
Comment. *hic num. 42.* ubi terribit Regulam hanc locum etiam habere in Ordi-
nario, & multo magis in Legato, Non enim Papa censetur mandare, nisi ut faciat
co mab

eo modo quo ipse concedens, vel mandans facturus erat *l. unica in ff. de off. praef. prae.* Igitur ubicumque Papa voluntatem vel potestatem suam limitavit, conferens & limitasse facultatem sui Legati *Cap. in generali de reg. jur. in 6.* Itaque non probo opinionem Domini Azorii *lib. 5. instit. moral. c. 28. vers. 11. quaeitur*, sententiam hanc reg. loquitur tantum de beneficiis, quae auctoritate Papae conferuntur, & proinde poenam in ea constitutam non trahi ad Ordinarios vel Legatos beneficia conferentes. Enim vero in Gallia certum est, quod nec Ordinarius nec Legatus possit alienigenae conferre, qui si conferant, illud beneficium à regnicolo impetrari poterit; & hoc privilegium regni non solum prohibet extero habere Ecclesiam Parochialem, de qua haec reg. loquitur, sed etiam alia quaecumque beneficia ac alia bona, absque Regis beneplacito, quod notandum duxi ex *Rebuff. in addit. ad hanc Regulam in pr.* Verum extra limites Galliae cessat haec Regula, in collatione aliorum beneficiorum, scilicet non habentium curam animarum. Qua de re videatur Guimer. *ad pragm. sanct. in proem. verbo Excoim.*

¶ Cessat ista ratio) Quod dispositio hujus regulae cesset, cum Papa ex certa scientia & motu proprio conferat Parochialem non intelligenti idioma, ex quo dispensatio inducta praesumatur, cum nostro Alphonso sustinet Mandosius *q. 5. 16* & 6. (Quibus tamen repugnat Author Analytici *Comment. in 143. & Gomes. q. 11.*) At multo magis cum dispensat per Rescriptum *Perinde valere de quo Castad. decis. 33. in Reg. Cancell. & Rebuff. in praxi ad hanc Reg. gloss. 2. num. 15.* Sed an cesset in eo qui habet privilegium seu Indultum de non reservando? Mandosius *q. 13. n. 2. & seqq.* pro negativa respondit, motus auctoritate Rotae, quam allegat.

¶ Pendet una questio in Rota) Hanc quoque discutunt Comesius *q. 6.* & alii multi *17* DD. quorum rationes non pondero: tum quia Consilium Trid. expectativas instituerit, ut patet, *c. 9. sess. 24. de reformat.* tum quia non solet Papa concedere expectativas seu mandata de providendo, nisi intelligant & sciant loqui idioma illius regionis, in qua beneficia consistunt ut dixi.

¶ Illa derogatio) Cessat dispositio hujus regulae quando Papa expresse dispensat, etiam si dispensaret per gratiam *perinde valere*, dummodo sint in ea expressa illa *18* quae debent exprimi, de quo *Castad. Decis. super Reg. Cancell. 33.* quem sequitur *Gomes. ad hanc reg. q. 7. Rebuff. in addit. ad hanc reg. in fi.* ubi scribit Papam in hoc casu sic rescribere: *quod ut asseris idioma illius patriae, quod gentes illarum partium communiter loquuntur non bene intelligis & intelligibiliter loqui sis: Nos enim tecum ut Ecclesiam praedictam habes &c. dispensamus, praemis ac constitutionibus Apostolicis, nec non praedictis statutis & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus auctoritate Apostolica per praesentes concedimus proviso &c.* Adde *Staph. de litt. gratiae tit. de form. Litt.*

Ff

Ar-

CLA
UNIV
VERSIT
PADERB
ORN